



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 33. Arnaldi Villanovani errores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

tionem vocant Clementinas. Initio ea Sæcul. XIV.
dicebatur liber septimus decretalium, A.C. 1317.
& quinque partes continet, ut sextus.

Bal. to. 1.
p. 682.

§. XXXIII.

Arnaldi Villanovani errores.

Currebat idem annus 1317, cum erro-
res Arnaldi Villanovani Tarracone
damnavit Inquisitor ex Ordine Prædi-
catorum, ac illius Ecclesiæ Præpositus,
vacante sede Vicarius Generalis. Ar. Emeric. Di-
naldus Villanovanus erat Clericus dice-rest. p. 265.
ceseos Valentiniæ, celeberrimus in Hispania
medicus; sed qui etiam Theologiam tra-
ctare voluit, ita, ut Parisiis agens di-
sceptationes haberet cum Doctoribus: ti-
mensque, ne tanquam hæreticus exagi-
taretur, in Siciliam ad Regem Frideri-
cum confugit: a quo per legationem ad J. Villanovani
l. 9. c. 3.
Papam Clementem V missus, antequam
adveniret, in mari periit. Papa medica
ejus opera uti solitus libro, quem ille de
arte sua compositum ipsi sæpe promise-
rat, carere se doluit, scripsitque ad cun-
ctos Episcopos ac Universitatum Recto- Vading.
1312. n. 7.
res, ut indagatum hunc librum ad ipsum
mitterent. Dabat 15 Martii anno
1312.

Errores, quos Inquisitor Tarraconen-
sis condemnavit, continentur quindecim
paragraphis. Illorum crassiores vide! art. 3.

H 3 Dæmon

Sæcul. XIV.

A.C. 1317.

4.

5.

7.

10.

15.

Emeric.
p. 316.

Dæmon universum populum Christianum a veritate Christi solerter abductum ita exhaustit, ut solam ei cutem, seu cultus externi speciem reliquerit: ac populi fides fidei dæmonum est similis, adeo, ut totus in inferos detrudatur. Religiosorum nemo charitatem habet, quilibet doctrinam Christi corrumpit. Theologi perperam egerunt mutuando aliquid a Philosophia, cujus studium prorsus damnandum est. Opera misericordiæ Deo placent præ sacrificio aræ, in quo nec Sacerdos, nec ille, qui curat id fieri, de suo quidquam offert. Mundi machina dissolvetur anno 1335. Condemnabantur simul hujus authoris libri, quibus isti errores inerant, tredecim numero, novem Catalanico sermone, quatuor Latino scripti.

§. XXXIV.

*Continuatur schisma Fratrum
Minorum.**Vad. 1314.*
n. 7. 8.

Semper crescebat inter Fratres Minores dissidium. Cum Alexander Alexandrinus sextus decimus eorum Minister Generalis, qui Ordinem anni spatio rexerat, 5 Octobris anno 1314 Romæ obiisset, locus ejus vix brevius vacavit quam summa sedes. Qui se Spirituales dice-